primum peremptorium Terminum et alios omnes consequentes cuiusque causae Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate succorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ac ad munimentum vel aliis quibusvis legalibus impedimentis et dillationibus non differendo adiudicationem actorum praesentis Terminos officii praefati Castrensis Capitanealis Zakroczimiensis dillationem sibi non sumi. Prout nullasque motiones appellationes accusandi prosequtiones faciendo ac praemissa omnia poenis dimplicibus vel tricatis evasionibus fatalis iuribus praesentione Tempi bello Conventionesque et aliis quibusvis iuribus remediis et defensis non subterfugiendo Hac sua praesenti inscriptione ac praemissa mediante.

ViceCapitaneus Praemislien. Tutoriae filiorum G. Stanislai Siecinski Abrenunciat.

Comparens personaliter Coram officio Castri praesenti Generosus Albertus Zmiewski in locum infrascripti Generosi viceCapitanei Praemisliensis subdelatus hoc munus sub delegatione in se bonaque sua ultro et benevole assumendo praesidebat Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Generosus Mathias Siecinski de Siecin Bochlow Terrae Wyszogrodiensis viceCapitaneus Praemisliensis sanus mente et corpore existens a Terminis distictibus iuribusque in nodo omnibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedens huic autem iurisdictioni Castrensi Praemisliensi quoad actum praesentem attinet secum successoribusque bonisque suis generaliter omnibusque totaliter et plenarie incorporando et subiiciens palam libere publice ac expresse recognovit. Quia ipse Tutoriae liberorum et bonorum generaliter omnium morte olim Generosi olim Stanislai de Siecin Siecinski Dapiferi Terrae Dobrzynensis filiastri sui derelictorum inquantum sibi recognoscenti coram Actis quibuscunque Regni authenticis praedicto olim Generosum Dapiferum Dobrzynensem sive alium quemvis inserta sit vel naturali iure se recognoscentem concernat Cedens se in eam quovis modo et iuribus praetextu ingerere abdicat et abrenunciat nec se eorumque curam gerere velle declarat Cum nunquam eorumque omnium curam habere se se submiserit hac sua personali recognitione in praemissis mediante.

Szaniawski

Szaniawski Zakrzewskiemu Cedit.

Comparens personaliter Coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Nobilis Georgius Stanislaus Szaniawski de Szaniawy olim Nobilis Mathiae Szaniawski de Szaniawy Districtus Lucoviensis Incolae filius sanus mente et corpore existens a Terminis districtibus iuribus in nodo omnibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedens huic autem iurisdictioni officii praesentis Castrensis Praemisliensis quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibusque totaliter et plenarie incorporando et subiiciens palam libere publice ac expresse recognovit. Quia ipse de omni et integro iure suo volet de summa Centum florenorum polonicalium sibi recognoscenti per Nobilem Basilium Kostro recognitione certa manuali ad cilentes assecurata latius de praemissis recognitione eaque manuali in se obloquendo necnon de Recognitione praefata ac lucris perventis totoque processu iudiciario ratione non solutionis eiusque summae Centum florenorum polonicalium super ipso Nobili Basilio Kostro per se recognoscentem in Iudicio Terrestri Drohicensi obtento in quovis puncto et gradu iuribus dependendo Cum omni praemissorum iure Dominio et proprietate cumque omnibus et singulis eiusdem recognitionis conditionibus punctis clausulis articulis ligamentisque et nexibus eiusque recognitioni appositis lucrorum perlacrorum ac totius processus quibusvis beneficiis et prerogativis nihil ex praemissis iuris Dominii proprietatis ac cuiusvis competentiae et praerogativae pro se suisque successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiens verum prout praemissa omnia eundem recognoscentem concernebat ac eidem serviebat Jam ex nunc et de facto Generoso Joanni Zakrzewski Districtus Lucoviensis incolae et ipsius successoribus, accepta ab ipso pro praemissis omnibus reali et sufficienti eius satisfactione cedit et condescendit omneque et integrum ius [illegible] cessionarium suum et ipsius successores totaliter et plenarie transfudit transtulit et incorporavit prout transfundit transfert et incorporat praesentibus perpetuo. Reddendo cessionarium suum et ipsius successores hoc iure cessum praemissorum omnium cum omnibus beneficiis et prerogativis tendendi [illegible] possidendi summam praefatam tollendi levandi delevata ac percepta

quietandi processum a punctis dimissis continuandi ac ad debitum iuris or-
dinem et executionis finem deducendi praemissaque omnia ad suos suorumque
successorum beneplacitos quosvis usus libere et effectualiter convertendi vigore
praefati iuris originalis sibi ad praemissa servientis ac omnia latius in se comple-
ctendi et praesentis cessionis transfusi iuris. Debet et tenebitur memoratus re-
cognoscens Nobilis Georgius Szaniawski prout se ac suos successores in et
super bonis suis quibusvis omnibus et summis pecuniariis habitis et habendis eius
Generoso Zakrzewski et ipsius posteris inscribit et obligat praesentibus cunctis et ipsius
posteris ab omni et quavis impetitione iuridica quavis personarum cuiuscumque
conditionis status et sexus existentium ex re persona et occasione sua suorumque successorum
tantummodo et non ultra exorientium in omni iudicio et officio Regni toties quo-
ties opus fuerit tam in toto quam in parte tueri defendere evincere intercedere
ac eliberare indemnemque eum posteris reddere. Idque sub vadio Centum flo-
renorum Pecuniae polonicae per eundem recognoscentem Nobilem Georgium Szaniawski aut
eius successores praefato Generoso Zakrzewski aut eius posteris ob non comple-
tionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties
opus fuerit ad solvendum succumbendo Nihilominus idem recognoscens Nobilis Georgius
Szaniawski eidem cessionario suo et ipsius posteris dat et concedit plena-
riam facultatem et omnimodam potestatem inscriptionem praesentem cessionariam exhib-
itam ex actis castrensibus autentice depromptam ad Acta Terrestria Lucoviensia quandocunque vo-
luerint transferendi et transportandi quae transportata tanti valebit ac si per ipsummet
recognoscentem transportaretur Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succu-
mbendo ac pro re aliqua praemissis ex praemissis non completa complendaque praemissis citatus
ex eo praedictus recognoscens Nobilis Georgius Szaniawski aut eius successores Ad
instantiam praefati cessionarii sui aut ipsius posterorum Ad officium praesens Castrense Capitaneale
Praemisliense extunc recessu suprascripto quoad vadium spectat mediante semper
in primo citationis Termino tanquam peremptorio stare iuri parere videre vadium Tacitu

luere

luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur
Seque ac suos successores ad eadem omnia obligat cunctis Terminum primum pe-
remptorium et alios omnes consequentes Causae eiusque Terminos semper peremptorios
vera in similitate pro maiori minorennitate successorum legione intra vel extra Re-
gnum servitio militari ad munimenta ad Evictione vel aliis quibusvis dilla-
tionibus et legalibus impedimentis non differendo ad quod tali nec ultra praedictos Ter-
minos officii praefati Castrensis Capitanealis Lucoviensis dictum nomen sibi non recipiendo nul-
lasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo ac praemissis omnia
poenis simplicibus vel tricatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris pro-
scriptione Terrestri bello Conventionique et aliis omnibus iuris remediis et defen-
sis non subterfugiendo Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante

Actum in Castro Praemisliensi feria se-
xta post Dominicam Misericordiae pro-
xima Anno Domini Millesimo Sexcen-
tesimo vigesimo Nono. 1629 4/v

Winnicki Jedinicz Winnickiemu obligat

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus
Nobilis Iwan Fedynicz Winnicki olim Nobilis Jehnath Winnicki filius sanus men-
te et corpore existens a Terrestribus districtibus Civilibus iurisdictionibusque suis quibusvis
propriis et competentibus recedendo huic autem iurisdictioni Castrensi Praemisliensi quoad actum
praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis quantis tractatis et plenarie incor-
porando et subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse bona sua
propria et haereditaria in fraterna vatas agros certos dictos Czeterypręty in quolibet
ulnas octo Incipiens a granicie Czerchawska et se protendens ad graniciem Stembska
superius villam Winniki. in Districtu praesenti Praemisliensi iacentem et consistentem cum omni
cunctisque bonorum iure Dominio et proprietate omnibusque et singulis bonorum praefatorum
utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus attinentiisque et per-
tinentiis quantis universis nullis penitus exceptis nec pro se suisque successoribus